



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ignatii Loiolae Vita

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Ignatij obitus. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11486

serio contulit: atque ob id ipsum nonnullos ab eo petiit viros, quos haberet apud se consilii causa. Cæterum in primis dilexit Iacobum Lainem & Martinum Olaium, quorum videlicet vtriusque virtutem ac sapientiam optimè nouerat. nam de Francisco Xauerio, cuius fama rebusque gestis valde permouebatur, iam antè exorauerat, vt illum omnino Romam ex India reuocaret: quod tanti viri videndi ruendi que in eius amplexum miro quodam desiderio teneretur; quin etiam nostros, quorquor ea tempestate Romæ versabantur, ad se in palatium adduci iusserat: quod hæc copias recensere, & singulos coram quasi bonus Imperator milites velle inspicere. denique multis de nostra Societate verbis vtroque habitis: Tu bellatores, inquit Pontifex, confice, nos vtemur. Cum ab eo congressu aliisque deinde colloquiis lætus admodum discessisset Ignatius, & optima spe Societatem impleisset, breui ea læticia cunctis euauit. siquidem Marcellus altero & vicesimo die quam Pontifex declaratus fuerat, febri extinctus, ingenti omnium lætæ Christianam rempublicam orbam ac debilitatam reliquit.

IGNATII OBITVS.

CAPVT XXIII.

SVCESSIT Marcello Paulus eo nomine quartus, qui cæ propter nonnullas interpositas offensiones acerrimus nostri ordinis inimicus fore putaretur, hominum opinionem longè sefellit. Nam & in Ignatium ipsum, cunctis admirantibus, perhonorificum sese præbuit; & Societatem multis rebus decorauit auxitque: & nostrorum hominum opera maximis in rebus Ecclesiæ plurimum vsus est: & de fundando collegio seu academia, quam in Vrbe Ignatius magnò reipublicæ Christianæ bono instituerat, serio cogitauit. Hunc Pontificem inter & Philippum Catholicum Regem exorto graui & periculoso bello, quod breui deinde compositum est; cuncta misceri, compleri armatis Vrbs, tympanorum ac tormentorum horrifico strepitu omnia personare; pacis artibus parum admodum loci esse. Quocirca Ignatius petrus temporum, & Societatis rebus vtrumque compositis, contemplandi studio secessit in villam, quam non longè ab æde sanctæ Balbinæ, ad Thermas Antonianas, in vsu præcipuè Romani Collegii, amicorum benignitate nuper extruxerat. Ibi, vel rectorio noui operis malè acceptus, vel urgente iam senio, lethalem

thalcam

thalem in febrem incidit; sic, ut cum eius intima viderentur stragula, nullus in facie pallor, nulla in toto corpore signa mortis existerent. tantum insolita quædam lassitudo in membris ac morbo apparebat. Itaque domum relatus, in lectulo collocatur. ac certis confestim medici bono animo iubent nostros esse. At ille cum sibi ultimum diem instare sentiret, mirantibus cæteris, misit qui à summo Pontifice sibi decedenti salutarem expiationem & indulgentiam ritu catholico precaretur. deinde cum ad mediam noctem de more vigilasset, quin etiam nonnulla cum domesticis in rem Collegii transegisset; sopori se dedit; itemque qui ad eum cubitum discessere, nihil admodum periculi suspicantes. at eodem mane postridie duo è fratribus, eius vitæ quotidianæ administratores, cubiculum visendi Patris causa introeunt; ad lectulum sensim accedunt, ac præter omnium opinionem vitali spiritu penè defectum offendunt. Accurritur illico ad socios, alii ad medicum abeunt; alii interea ad refocillandas vires (ut assoler) iusculum porrigunt; quibus ille cum nihil iam opus esse dixisset, seculum inter mortuis vocibus identidem appellans; placidissime effluit. Animam hora post solis ortum prima, feria sexta, pridie Kal. Augusti, anno post Christum natum M. D. LVI. Qui verò ad Pontificem pridie sub vesperam fuerat destinatus, quod nihil tale metueret, re in proximam lucem dilata, cum quod volebat, statim impetrasset libente Pontifice, & verbis amicissimis Ignacium prosequente: grauer deinde semet incusans, tempus non occurrit. Defuncti corpus tum inspiciendi tum exorandi causa dissectum summam viri abstinenciam & sobrietatem liquidò comprobauit. siquidem & stomachus venterque procul inanis, & præ siccitate diuturna mirè contractus apparuit: & occur ea ipsa de causa ita obduratum aridumque, ut penè lapidatoret. Sanè Realdus Columbus, egregius ea tempestate sector, qui aperiendo interfuit, in hepatis vena, quæ Porta dicitur, lapides tres sese inuenisse testatur in suo de Anatomia libro. ut pro miraculo non leui habitum sit, vitalibus adedò affectis, ac propensum exustis, hominem tam diu viuere potuisse, præsertim huiusmodi semper eodemque vultu exsequerè Præpositi Generalis officia & munera. Mortuus est autè anno ætatis quinto & sexagesimo, post conuersionis ferme trigesimo-quinto, confirmatæ verò Societatis sexto decimo. quam ille tam exiguo temporis intervallo tam longè lateque propagatam reliquit; ut iam tum ab ipso constitutæ numerarentur prouinciæ duodecim, & in iis variis nostrorum domicilia ferè centum. Vulgata eius morte, ingens

confestim hominum concursus visendi causa domum est factus, atque hi manus, hi pedes certatim exosculari: alia rosaria, quæ vocantur, applicare corpori, multi etiam pilei vestiumve, quibus uti consueuerat, frustulum aliquot enixè rogare: quibus tamen modestiæ gratia nihil à nostris est datum. Corpus in eodem cubiculo, ubi exspirauerat, biduo ferme seruatum, Sabbarho sub vesperam inclusum arcæ, post exsequias mira populi frequentia celebratas, in templo nostro ad dextrum latus arcæ maximæ humatum est. ac statim præsentem operam ex Ignatii patrocinio nostri sensere. Non enim, ut multi putarant, orba tali parente Societas mærori se dedit, aut con-
cidit: quinimo sterere animis Patres; perque omnes ordines insolita quædam suauitas spiritus & mentium vigor, ad subeundos CHRISTI causa labores, & cæpta strenuè promouenda, peruasit.

LIBRI SECVNDI FINIS.

IGNA-

